

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Liber 4

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

## In integrum restitutionibus

Q. 1. quid sit restitutio in integrum

R. quod sit remedium extraordinarium quo lapsi in eum statum, in quo ante casum fuerunt per officium iudicis reducuntur. Dico extraordinarium, quia tunc primum datur, quando ei, qui se casu dicit, nulla ordinaria actio superest. Limita tamen nisi restitutio pinguior sit, i. e. si ea mediante facilius vel plenius jus meum reparare possum.

Q. 2. an restitutio sit odiosa vel favorabilis dicenda?

R. cum intentio Praetoris, qui eam ex mera aequitate invenit fuerit, sine sua culpa lapsi favere, et non nocere adversariis eorum, ideo potius favorabilis quam odiosa dicenda. Widmond hic n. 8.

Q. 3. An restitutio, denegata de novo cum effectu reiterari possit.

R. Restitutio in una causa non nisi semel cum effectu recte appetitur. <sup>na</sup> L. 1. C. Si sap. in integ. rest. dicitur si post sententiam proconsulis contra vos lita desiderastis in integrum restitui, nec obtinistis frustra rursus, ut ea actio in integrum restitutionis agatur, desideratis.

Lib. 4.

Q. 4. à quonā restitutio concedi possit?

R. non solum à curia Suprema, sed etiam à quolibet Magistratu jurisdictionem civilem exercente, concedi potest etiam contra sententiā propriam. per text. in l. fin. C. ubi, et apud quem cognitio

Q. 5. an iudex delegatus à Principe vel à magistratu ordinario restitutionem concedere possit?

R. aff. Restitutio enim spectat ad mixta imperii, ad qua sunt mixti imperii mandari possunt l. 1. ff. de offic. ejus, cui mandata est jurisd. ergo C. locus tenendum de subdelegato, et Arbitro compromissario. Vid. Widmond hic n. 27. et 28.

Q. 6. an petitio restitutionis in integrum executionē suspendat?

R. aff. ex l. unic. C. in integ. restit. postul. ubi Imperator Gordianus rescribit, quod restitutione in integrum postulata, omnia in suo statu manere debent, donec res finiaturo; Excepi nisi causa restitutionis longiorē inquisitionē requirat, aut merito suspensus restitutionē malitiosè implorari. Widm. hic n. 35.

Sit. 2.

Quod metus causa gestum erit?

Q. si quid sit metus? R. est instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio, adeoque sine aliquo metu fieri dic-

fur quando quis aliquod malum declinaturus id  
 committit, quod alioquin non commissurus foret.

Q. 2. quomodo sit talis metus?

R. alius est ab intrinseco qui videlicet à causis  
 naturalibus causatur; et hoc metu provisiones  
 factae omnino valent. alius ab extrinseco  
 qui nempe ab aliqua persona ad aliquid à se ex-  
 tortuendum extoritur.

Dupliciter iste metus fieri solet, scilicet iuste rationem  
 et iniuste

Q. 3. quomodo iste metus ab extrinseco incusso  
 dividatur. R. in metum iustum et iniustum incussum  
 item in metum cadentem in virum constantem,  
 et in metum levem, ac denique in reverentialem

Q. 4. an metus ea, quae metu reverentialem gesta  
 sunt, valeant?

R. aff. ex l. 22. ff. de Rit. nupt. ubi dicitur  
 quod contractus matrimonialis à filiis ob reve-  
 rentialem Patris metum celebratus, ut haec in  
 morem alio accipiet, alius n. ducitur, si sui  
 arbitrio esset, valeat; ergo à fortiori, de  
 aliis contractibus dicendum est. Exige nisi alia  
 violentia incussio accedat ex c. 11 de desp.  
 Impub.

Nec obstat l. 4. ff. de R. J. quia intelli-  
 gi debet, si accedant minae, q. Savitia vel timor  
 gravis et diu duratura, indignatio Patris.

Q. 5. Num contractus vi aut metu iniuste  
 incusso extortus ipso iure sit nullus?

R. quod sit validus, sed rescindibilis, de  
 quo videri possunt mea institutiones ad juris  
 prudentiam Canonico Civile, controu. 20

Q. 6. an non aliqui casus assignari possint  
 qui ex tali metu incusso ipso iure irriti sunt?

R. aff. Primus est matrimonium ex cap.  
 15 de despons. 2. d. salte juxta proba-  
 biliorum sunt sponsalia. Vid. Widm. hic n. 26

Lib. 4.

Interest autē in profely an ipso jure va-  
ca leant, vel irrita sint propter imped-  
itum publicā honestatis.

3<sup>to</sup> est professio religionis ex c. j. de  
his, qui vi metusue caus. fiunt

Q. 7. quid dicendū de juramento nec  
tu gravi extorto.

Si non vergat in dig-  
pendio salutis, et  
terna

R. Observandū esse ex c. 6. de jurjur.  
ob honorē et reverentiā divini nominis,  
at restitutionis auxilium implorari potest,  
per absolutionē obtentu fauile.

Q. 8. Quelinam metus esse debeat, ut  
contractus et alii actus cateroquin ipso jure  
validi ~~infirmi~~ evacuari possint?

7 C. g. ff. h. tit

R. 1<sup>mo</sup> debet esse pro obligatione alienanda <sup>directe</sup>  
infirmus 7. 2<sup>do</sup> debet esse gravis, seu cadens  
in virum constantē C. 5. et 6. ff. h. t. hujus  
exempla qm plurima vid. Vidm. n. 35 et seqq.

3<sup>to</sup> debet esse praesens, nā suspicio remota  
inferendi nō va. n. sufficit. C. g. ff. h. t. .  
praesens iā censetur, quando effundens minas, eas  
exequi soleat. \* Nota. mina haec efficiunt  
ut cautio de non offendendo ab eo, qui minitatus  
est p. recte petatur. Vidm. hic n. 44.

\*

4<sup>to</sup> requiritur, ut tā ab extrinseco, quam in-  
juste metus sit incussus, hinc si quis metu  
nausfragii aliquid promittit, vel donat, vel casus  
calamitatis adactus aliquid promittat  
aut huiusmodi rescindi nequeant.  
restitutionē impetrare n. poterit.

Q. 9. quomodo describatur illa actio, qua  
metus pascio in ordine ad restitutionē conce-  
ditur.

R. quod sit actio, personalis, praetoria, mix-  
ta arbitraria, in re scripta, competens ei  
qui vi metusue iusto, id est cadente in virum  
constantē vel sibi vel suis illato compulso

est aliquid facere, vel omittere <sup>7</sup> Jamai <sup>7</sup> intra annum in  
accepti, si non mature restituat; post <sup>7</sup> quadruplum  
annum vero in simplum.

Dicitur mista, quia partim poenalis est, par-  
tim rei persequentis. Dicitur in rem scripta  
quia non solum aduersus metum inferentem, sed  
etiam quemcumque alium ex illato metu emolun-  
mentum referentem conceditur. <sup>enim</sup> reus aliquo  
crimine lex specare debet C. 134 ff. de R. G.

Dicitur sibi vel suis illato, quia nihil interest  
an in se vel in liberis suis aut uxore passus sit  
arg. C. 8. §. 3. ff. h. t.

Dicitur in quadruplum non tamen statim à tem-  
pore comissa violentia, sed tunc primò, quando  
reus, cui à iudice restitutio rei imposita est,  
non obtemperat. Dicitur ultimo intra annu  
in quadruplum, post annum vero in simplum;  
eo ipso enim, quòd hæc actio sit Prætoria, et  
insuper poenalis ad anni spatium à tempore  
illate violentia, seu metus numerandum ad  
similitudinè aliarum ejusmodi actionum Prætoria-  
rum restringitur. Quatenus autem rem ipsam  
metu extortam respicit, perpetua est; C. 14.  
et 19 ff. h. t.

### Tit. 3. De dolo malo

Q. 1. Quid sit dolus malus? R. Dolus malus  
est, quo quis ex proposito alterum sciens fallit,  
damnumque eidem dolose infert. C. 1. ff. de dolo  
malo. vel est machinatio quedam alterius de-  
cipiendi causa <sup>facta</sup> <sup>causa</sup>; additur hinc dolo epitheton  
malus; quia datur etiam in jure civili dolus  
bonus C. 1. §. 3. ff. de dolo, qui dicitur in  
jure solertia animi, studiumque rei familiaris  
licite augenda C. 16 §. 4. ff. de minor. regu-  
lariter tamen dolus in mala parte sumi-  
tur.

Q. 2. Quot modis circa negotium aliquod dolus  
committatur? R. duobus, 1. ante ipsum nego-  
tium. 2. in ipso negotio. Ante ipsum negotium  
dolus committitur, si quis fraude scilicet dolo  
vel machinatione ejus, cum quo ipsum nego-  
tium est, ad faciendum vel omittendum

12  
Lib. 4.

Lib. 4.

aliquid, vel contractum ineundum dolose inducitur, quod alias non effect factura aut omisura, nisi ad id ita fuisset inducta.  
\* In ipso negotio dolus committitur, cum quis in ipso contractu decipitur l. pen. c. de iudic. Exemplum est in l. 2. c. de rescind. vendit.

Q. 2. Num omnis dolus circa contractum commissus contractum statim vitiet, et annuletur? R. hoc simpliciter non posse affirmari, ideo distinguimus, inter contractus bona fidei et stricti juris, 2. inter dolum causam dantem contractui, et inter dolum in contractu solum incidentem. <sup>7. Item</sup> dicimus, quod in contractibus bona fidei dolus datus causam contractui reddat contractum ipso iure nullum l. 7. pr. ff. de dolo et l. 16. §. 1. ff. de minor. et l. 3. §. ult. ff. pro socio. At in contractibus stricti juris dolus datus causa contractui sine dolo gignens contractum, non reddit contractum ipso iure nullum, sed is primam exceptionem doli opposita declaratur nullus l. 36. ff. de verb. oblig. et l. 5. c. de inutili stipul. Idem statuitur, si dolus in contractu bona fidei vel stricti juris incidat, l. 1. ff. de except. doli.

haec distinctione praemissa

Q. 24. Quanam specialiter sunt notanda? R. Tria, 1. mo. Dolus regulariter non praesumitur, sed ex manifestis et indubitatis argumentis perspicue probandus est l. 6. c. de dolo. Ratio est, quia quilibet tandem praesumitur bonus et non dolosus, donec probatur contrarium; praesumptiones enim generaliter fiunt in meliorem partem iuxta Menoch. de praesumpt. est si quis versetur in actibus vel negotiis illicitis, tunc dolus praesumitur, nam qui rei illicitae dat opera, in manifesto dolo esse praesumitur l. 2. §. 2. ff. de in bonor. rept.

7. vel prohibita

2. do. Dolus suus nemini contra aequitatem naturalem et generales iustitiae regulas prodesse, aut eidem in ullo patrocinari debet l. 1. ff. de except. doli. Ideo nemo quidquam ex dolo pro suo lucrari, aut causam suam meliorem facere

debet d. l. 1. ff. c. 15 de rescript. ne daci-  
 pientibus malitia sua sit lucrosa, et deceptis  
 simplicitas damnosa l. 1. ff. de dolo, sed ta-  
 les malitiosi ob delictum potius poenam  
 quam lucrum mereantur l. 1. §. 5. 14 de tutor.  
 et rat. dist. ob id asserunt jura quod do-  
 lus et perfidia sint infamia causa l. 4. §. fin  
 ff. de his qui not. inf.

3<sup>o</sup> Dolus in omnibus contractibus est  
 praestandus. hinc non valet conventio, qua  
 dolum praestandum excludit; dolum enim pacta  
 et contractus irritos reddit, eosq. rescindit  
 l. 7. §. 7 ff. de pactis et 4. 4. ff. de dolo; idq.  
 ob defectum consensus.

7 seu damno  
 refarciendum

2. 5. quomodo describatur doli actio? R.  
 quod sit actio personalis, praetoria famosa  
 qua instituitur contra <sup>eam</sup> ~~alium~~, qui alium  
 quod dolo decepit, ad id quod interest, l. 1.  
 §. 4. ff. h. t.

2. 6. quot sint requisita ad hanc actio-  
 nem? R. Duo, 1<sup>o</sup> actor non habeat aliam  
 actionem; Ratio est, quia famosa actio  
 honoris casiva non debet temere concedi  
 a Magistratu d. l. 1. §. 4. 2<sup>o</sup> requiritur  
 causa cognitio, ne temere instituat; ideo  
 magistratus imploratus prius inquirere de-  
 bet, num dolo circumventus graviter sit  
 casus

2. 7. quod in hac causa cognitione sit  
 attendendum? R. 1<sup>o</sup> quantitas ipsius rei,  
 num illa sit parva vel magna. nam si par-  
 va v. g. duos aureos non excedens tunc  
 actio de dolo non datur, l. 9. §. ult. et  
 l. 10. ff. de dolo. 2<sup>o</sup> qualitas personarum.  
 num is scilicet contra quem actio de dolo ins-  
 tituitur debet sit plebejus, vel in dignitate  
 constitutus; num extraneus, vel cognatus,  
 aut patronus; quonia haec doli actionem  
 liberi contra parentes instituire non pos-  
 sunt, ob reverentiam parentibus debitam  
 nec liberi ea contra patronos suos nec  
 plebei et viles contra honestiores intentare



Lib. 4.

7 quis

valent, l. 11 §. 1 ff. de dolo; eo quod sit actio famosa; His tamen conceditur actio in factum ad suum consequendum.  
Q. 8. Quamdiu duret actio de dolo?  
R. per biennium ex eo die quot laesus est; quo elapso expirat, ~~ex~~ l. fin. C. h. t. Excipe nisi quis rei publicae causa absens, vel minor 25. annis fuerit l. 3. C. h. t. et l. ult. C. in quibus caus. rest. in integ.

Q. 9. quid de dolo bono sentiendum?  
R. quod dolo bono absq. fraudis studio in contractibus et negotiis publicis uti liceat, sic potest quis aedes suam equum vel alia pluris vendere, vel minoris emere, si modo alter contractentium inde non graviter laedatur, sic etiam dolo et stratagematibus contra hostes uti licet

Tit. 24

De Minoribus.

Q. 1. Quid sit minor? R. est persona puberis annum aetatis 25. tu nondum transgressa l. 1. ff. h. t. Et talis licet contractum in tu iuramento firmaverit vel aliud eum iniierit eo quo laedatur, ~~pro~~ ~~sum~~ ~~sanctio~~ ~~n~~ ~~tenetur~~

laesione patitur, habet beneficium restitutionis ~~l. 4. hoc t.~~

Q. 2. Quid incumbat Minorenni restitutionem postulanti? R. 1. mo docere debet, se esse minorennem; vel si post annum 25. tu cum adhuc per quadriennium a primo die anni 25. tu numerandi restitutio hac indulgeatur: si se fuisse saltem intra minorennitatis tempora laesum l. 4. C. de integ rest. Minor. Modos probandi aetate vid. Widm. hic n. 6. et seqq. 2. do ostendere debet, quod laesio ei ex aetate sua & lubrico et imprudentia juvenili contigerit. l. 5. C. h. t. l. 11. ff. h. t. vel saltem quod dolo adversarii circumventus fuerit. l. 1. C. qui adversus quos.

Q. 3. Vtrum minori in integram restitutionem con-  
cedenda sit, ob laesionem non enormem?

R. Certum esse, si laesio valde exigua sit,  
non concedi restitutionem; quia de minimis non  
curat praetor; at si laesio mediocri sit res  
est valde ambigua ob contrarias leges, Doctorum  
opiniones. Fachinaeus in affirmativa sequitur  
l. 3. cont. c. 24. ego cum alijs hanc rem  
arbitrio iudicis definiendam esse arbitror.

Q. 4. quis casus dicatur? R. casus dicitur,  
qui oneri non necessario se obligavit, qui quod  
habuit omisit, et quod acquirere potuit, omi-  
sit; hinc est, quod Minori in aditione here-  
ditatis aere alieno gravata, in venditione, do-  
natione, divisione transactione repudiatione ce-  
gati & et similibus negotiis, in quibus casus est  
subveniant iura per restitutionem in integram

Q. 5. Quibus casibus minor non restituatur?

R. 1. si casus sit in negotiis artis quon pro-  
fitetur, v.g. Doctor juris minor in iure errans  
Secundu<sup>m</sup> communioem non restituatur. Vid. Bejer.  
hic n. 15. 2. non restituatur saltem de iure  
Canonico, qui iuravit contractum servaturum, ex  
c. 28. de iurej. ~~si iuravit de iure civili~~. Quod  
si iuramentum iurantis bonis eius nimium nocue-  
rit, absolutio ab illo petenda est, et concessa a  
iudice restituatur. 3. si in maiore aetate  
verbis vel factis ratihabuerit, quae antea  
gesta sunt. 4. regulariter, si alio aequo com-  
modo remedio tutus esse possit. 5. probabi-  
lius non restituatur, si praescriptionem legis-  
mi temporis contra se habuerit, ex l. sicut et l.  
omnes, c. de praescript. 30 vel 40 an. 6. si dona-  
tio pia causa facta fuerit; leges enim non so-  
lent impugnare actus a minoribus laudabiliter  
celebratos. 7. si veniam aetatis obtinuerit, de quo vid. Widm. hic n. 73. quae

Q. 6. quid Minorenni faciendum, si sine consen-  
su curatoris res mobiles, vel absq. magistratus  
decreto immobiles vendendo vili pretio distra-  
xit?

Lib. 4.

R. in hoc casu minus cautè ad restitutionis beneficium confugeret cum contra tales venditiones ipso jure nullitatis remedio sit munitus; quod remedium intra 30 annos à die lisionis apprehendere potest.

\* \* Caterum ad exemplum Minorum restitutione gaudere ecclesiam, constat ex l. 4. et imprimis c. 1. de restit. in integ. Item Respublica et Reliquae universitates, et his tempus restitutionis cedit à die, quo lisionem passi sunt, vel compeserunt quia respectu earum non datur terminus Majorrennitatis. Sed de Ecclesijs tit. 6. mox plura dicemus.

Tit. 5.

### De capitis diminutione

+ De triplici capitis diminutione diximus ad institutiones; nec valet hic quidquam de ea deferere; còquod hodie in foro parum utilitatis habeat, nisi quis perpetuam relegationem aut bannum inferri pro media capitis diminutione accipere velit.

Tit. 6.

Ex quibus causis Majores 25. annis in integrum restituentur

2<sup>a</sup> Nota non solum minoribus sed etiam majoribus tum ob absentiam, et alias causas in l. 1. §. 1. ff. h. t. expressas, quam in l. 26. §. 9. eodem sub generali clausula: si qua alia mihi <sup>esse</sup> iusta causa videbitur, in integrum restituam, contentas casus succurrunt

2. 1. quoniam absentia in ordine ad restitutionem iusta censetur? R. ea quae causa est, ut quis suis propriis negotiis interesse nequeat. ex l. cit. l. 26. §. 9. ff. de rest. in integ. p. 1. q. 5. à n. 26 usq. ad 41.

2. 2. quoniam ergo sint absentiarum species.

R. quinque referuntur. Prima, est necessaria et si- mul probabilis seu laudabilis, <sup>talis est</sup> ~~et militis~~ §. 1. absentia ratione militiae l. 40 ff. h. t. sed tamen ut miles res-

Situatur, requiritur, ut absentia sit lusionis cau-  
sa l. 47. ff. h. t. militibus accensentur, qui eis  
serviunt, ut chirurgi, quætores & Vidm. h. n. 11: f  
Item 2<sup>da</sup> absentia Reipublica causas, qualis  
est Legatorum, Deputatorum & quibus etiam  
competit restitutio l. 1. h. t. nulli enim suum  
officiu[m] præsentia pro bono Reipublica susceptum  
damnosum esse debet.

2<sup>da</sup> Species absentia dicitur probabilis tan-  
tum, prout est absentia studiorum; sed quia  
Reipublica æque litterarum peritia quæ ar-  
moru[m] peritia necessaria est, ideo si lusionis & hæc absentia  
causa sit, etiam restitutione suppeditat.

3<sup>ta</sup> Species absentia est necessaria tantum  
et non probabilis. Exemplum 1<sup>mu</sup> hujus absentia  
est in relegatis, captivitate, vel carcere detentis,  
qui si earum procuratorem constituerent non potuerunt,  
restituuntur. 2<sup>du</sup> exemplum est eorum, qui  
infirmis causa se absentant. 3<sup>tu</sup> est eorum  
qui ad causam quamdam controversam in iudiciu[m]  
defendendam se absentant. utraq[ue] hæc absentia & l. 26. s. 9. ff. h. t.  
gaudet restitutionis beneficio

4<sup>ta</sup> Species absentia est voluntaria sine contu-  
macia, quæ est in mercatoribus ad nundinas euntibus  
vel in aliis sui lucris causa absentibus.  
5<sup>ta</sup> est voluntaria cum contumacia; et est  
eorum, qui citati in iudicio comparere rennuunt.  
utraq[ue] hæc absentia excluditur à beneficio  
restitutionis.

Q. 3. an præter absentiam alia causa pro res-  
tutionis beneficio admittantur?  
R. aff. si tales sint, quibus quis citra culpam  
et negligentiam jus suum persequi impeditur  
ex cit. l. 26. s. 9. ff. h. t. et huc spectat hæc  
regula: agere non valenti non currit prescrip-  
tio. Ita dotem à marito alienatam non nisi  
eo mortuo, vel bonis exuto uxor vindicare po-  
test. Ita liberi bona materna a Patre dij-

Lib. 4.

tracta eod. eo damnum mortuo vel post eman-  
cipatione repetunt. Ita q. agratij. fraudum  
absq. consensu eorum alienatum non nisi ex-  
tincta linea Vasalli vendentis revocant.

Q. 4. Intra quantum temporis spatium  
restitutio impet. imploranda sit. R. intra  
quadriennium continuuum.

Q. 5. quando predictu quadriennium incipiat  
currere? R. quod majorenibus à tempore  
cessantis impedimenti initiu sumat. minoribus  
vero ab anno 25. completo; et Ecclesiis  
à die lationis.

Q. 6. an non sint quidam casus in quibus  
Ecclesiis restitutionis imploratio ultra qua-  
driennium conceditur? R. aff. ut i. no in  
Cassione exomissima, modo Ecclesia certet  
de damno vitando, gloss. ad c. 1. verb. causa  
ad finem de restit. in 6. Covar. var. resol.  
c. 1. c. 3. n. 10 et alii à se citati. 2. do si  
adsit dolus manifestus. 3. do si frequens ac  
repentina Prælatoru mutatio intervenerit;  
eo quod tunc in successoriis presumatur igno-  
rantia. 4. do si Ecclesia prælato sit destituta  
et 5. do si adversarius adhuc in vivis existens  
falis sit persona, ut ex justo ejus timore  
restitutio implorari n. potuerit. Durante  
enim hoc metu quadriennium non currit,  
Abb. ad c. tum ex litteris n. 10 de restit. in  
integ. alios adhuc casus Vid. Widmont hie  
à n. 49 usq. ad 57.

Tit. 7.

de alienatione iudicii mutandi  
causa facta

De hoc tit. vid. Engel l. 1. tit. 42.

Tit. 8.

De receptis arbitris, qui arbitrium recep.  
Vid. itidem Engel l. 1. tit. 43.

Nauta, Caupones, Stabularij ut  
recepta restituant.

Q. 1. quid sit receptum? R. Receptum  
in h. 4. est quasi contractus, quo nauta,  
caupones, vel stabularij vectorum, vel  
viatorum res recipiendo, promittere censentur,  
eas salvas fore, et proinde ad restitu-  
tionem illarum cum omni causa seu interfectu  
obligantur.

Q. 2. Quam obligatio ex hoc quasi contrac-  
tu oriatur? R. eam esse simplicem; ad-  
stringentem Denim illa soli nauta, caupone,  
vel stabularij, ad id, ut vectoribus vel viatori-  
bus res illatas salvas restituant, omneq; da-  
num, quacumq; ratione, et cuiuscumq; culpa da-  
tum refarciant, l. 1. §. fin. h. 4. Illi vero  
qui amicitiae causa aliquo hospitio privato ex-  
ceperunt, propter culpam propriam solummodo te-  
nentur, arg. l. 1. §. 1. l. 2. l. 3. h. 4. quod etiam  
procedit in hospitibus metatorij, Dis Inun, sol-  
daty, quartier gruby.

Q. 3. Qualis actio ex hac obligatione ori-  
tur? R. est pretoria personalis in factum  
et rei persecutoria, quia datur iis qui in na-  
vi, caupona, vel stabulum res suas intulerunt,  
contra exercitorem istius navis, caupona, vel  
stabuli ut res salvas cum omni causa restituant.  
l. 1. et seqq. h. 4.

\*

\* Porro haec actio datur contra dictum exerci-  
torem licet res ipsi specialiter n' fuerint assi-  
gnata, dummodo seiverit, eas illatas esse,  
nem si ignoravit ignoraverit, n' tenetur. si  
vero seiverit, dum cum  
Distinguan dum tamen cum Baldo ad l. 3. §. 1. h. 4.  
an inferens res posuit in loco congruo, vel non?

Lib. 4.

Priori casu contra exercitorē datur actio, propter damnum illatum; posteriori uerō casu ipse inferens sibi imputare debet damnum in rebus suis illatum, Vid. Struuiū in Decis. sabath. c. 27. Decis. 1. et 2.

Q. 4. an non exercitores sint in quasi culpa quod opera domesticorum minus fidelium, et proborum utatur? R. affirm. et ideo tenentur ex quasi delicto ad resarciendum damnum in rebus receptis à talibus domesticis & illatum l. 6. §. 3. l. fin. h. t. idq. propter culpā imputatam, quod malitiam hominum opera utatur.

Q. 5. Qualis haec sit actio, qua exinde fluit? R. est poenalis, mixta, et datur <sup>aduersus</sup> aduersus huiusmodi exercitores in duplum damni dati l. 7. §. 1. h.

Q. 6. Quis probare tenetur damnum illatum

\* Caterum cum is, qui hanc actionē instituit se in quasi delicto fundet hinc etiam probare tenetur, damnum illatum esse ab aliquo eorum, quorum opera Exercitor utitur, cum in priorī actione probare sufficiat, res, quibus & seu receptas nocitū fuit, illata esse. ut & proinde haec propter facilem probationē magis uideatur commendanda.

Q. 6. an actione hac tenetur caupo ob furta uel damna, ab inquilinis illata uicariis? R. affirm. si inquilini ab ipso perpetuo et non ad modicum in diversorio ab ipso cauponi suscepti habitent? l. unie. §. 6. vers. item eom, ff. furti aduersus nautas; Ratio est, quod horū inquilinorum caupo fidem approbavit, eosq. delegit.